Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Casus concientiae - Cod. Ettenheim-Münster 211

Bayer, Rochus

[S.l.], um 1660-1661

Quaestio 7tima

urn:nbn:de:bsz:31-118955

Visual Library

Secunda Regula est in linea ~~recta~~ transversa, quando utraque persona equaliter distat ab eodem stipite communi, totidem gradibus distant inter se, quot gradibus distant a stipite. Unde fratres qui a patre aequaliter distant sunt inter se consanguinei in primo gradu, quilibet eorum est consanguineus patris in primo gradu, similiter filii duorum fratrum sunt consanguinei in secundo gradu, ob similem causam.

Tertia Regula in linea transversa, quando utraque persona distant inaequaliter a communi stipite, quot gradibus distat persona remotior a communi stipite totidem etiam distat ab altera. Unde filius fratris distat a suo patruo in secundo gradu.

Tres istae Regulae valent in iure canonico et servantur in causis matrimonialibus, ut videre est apud peccarum C. 4934. n. 2. Caeterum totam arborem consanguinitatis cum omnibus suis lineis et gradibus reperies apud Silvestrum verbo matrimonium, apud Laiman in tractatu de matrimonio aliosque.

Porro matrimonium in primo gradu id est inter patrem et filiam, tritium et nivalesum est. Quaeres nisi an autem in gradibus lineae rectae naturae iure nato dirimatur matrimonium dubium est apud aliquos probabile est dirimere tantum iure ecclesiastico, alii docent Sanchez et recep. dirimi, quibusdam multo probabilius est dirimere matrimonium solo iure ecclesiastico. Sive sequitur summus Papa posset dispensare in omnibus gradibus excepto primo gradu lineae rectae. Sequitur secundo matrimonia ethnicorum omnia etiam fratris cum sorore esse valida excepto matrimonio in gradu lineae rectae. Puta matris cum filio vel patris cum filia, de qua re vide Sanchez L. 7. D. 50. Coninc D. 32. a numero 2. Dy de cognatione spirituali.

## Quaestio 7tima

## De Cognatione Spirituali.

Primo cognatio spiritualis contrahitur inter Baptizantem ex una parte et inter Baptizatum eiusque parentes ex altera parte, eadem cognatio spiritualis contrahitur inter patrinum ex una parte et inter susceptum eiusque parentes ex altera parte. Idem est de Sacro Confirmationis Sacramento. Sess. 24. c. 2. contrahitur cognatio spiritualis inter ipsos patrinos, unde patrinus patrinam ducere potest in concordia, vide Sanchez L. 7 D. 62. n. 12. ut hoc in secundo enumeratur F. 2.

requiritur ut Baptismus vere et valide conferatur nec a contrahitur cognatio
ubi quando tantum ceremoniae supplentur in Ecclesia et ibi aliquis Baptizatum
teneat seu ex Baptismo suscipiat nec etiam incurritur quando per rebaptizationem
conferatur quia tunc Baptismus non valet secus si sub conditione ex iusta causa rebaptizetur
baptizetur tum enim incurritur cognatio spiritualis: nec etiam cognationem
hanc incurrit qui suscipit Baptizatum in privato Baptismo iuxta Tridentinum
sess. 24. c. 2. Suarez d. 7. D. 2. n. 5. qui privatim Baptizat
contrahit cognationem cum baptizato secundo ex parte Patrinij ut
cognationem spiritualem contrahat requiritur ut infantem suscipiat de manibus ipsius
baptizantis statim ac Baptizatus est non contrahit cognationem qui suscipit
de manibus compatris debent etiam patrini designati esse a parentibus
vel saltem a parocho. si a nullo sit designatus nullus erit
patrinus quantumvis baptizatum suscipiat si autem Parochus
alium designaret quam parentes designaverint non valet designatio
Parochi nisi habeat iustam causam ut si designati a parentibus
sint excommunicati & sequentes vide Suarez d. 7. D. 7.
patrinus requiritur intentio saltem tacita faciendi id quod Ecclesia vult
fieri quo ideo solum tenet infantem Baptizatum ne decideret
cadat non fit patrinus nec qui tenet filium petri si putat esse filium
pauli ita Suarez d. 7. D. 5. 8. nec certa aetas requiritur in patrino
quandoquidem etiam puer septem annorum patrinus esse potest. Denique
requiritur ut Baptizans vel susceptor sit Baptizatus et ut susceptor
in confirmatione sit confirmatus alias non contrahitur cognatio spiritualis
quae est relatio mutua et correlativa non ponitur in uno termino nec in altero
ponitur ita Suarez supra citatus ex capitulo in Baptismate de consecratione
quae dicta sunt de patrino Baptismi eadem vero
dicenda sunt de patrino Confirmationis. si

Quaeritur an qui mittit procuratorem ad tenendum suo nomine
infantem ex Baptismo contrahat cognationem spiritualem: an vero procurator.
Respondent aliqui neutrum contrahere nam qui mittit procuratorem non tangit
infantem, procurator autem qui tangit, suo nomine non tangit sed
alij rectius putant mittentem contrahere cognationem quia qui tangit per alium
et qui facit aliquid per alium per seipsum tangere et facere censetur et ita habet
consuetudo quae multum valet in istis rebus moralibus. vide Suar.

verbo impedum n. 7.
Obicier q. si sit opinionem ista DD. circa cognationem spiritualem contrahendam esset falsa valeret ne matrimon juxta talem opinionem contractum. R. matrium nil ominus valere q. opiniones DD. inducunt consuetudinem, quae tollit impedim. matrij

# Quaestio octava
# De
# Cognatione Legali

Cognatio Legalis e propinqtas personarum proveniens ex adoptione et e impedum dirimens matrium ex consuetudine Ecclia. Ceterum adoptio nil aliud e qm assumtio psonae extraneae in filium vel nepotem. Extranea psona e quae n e in potestate adoptantis vel n e ex ejus descendentibg sive deinde sit consangnea ejus sive n sit ita Phy: Tra: 10. parte 2. n. 398. debet autem adoptari in filium vel filiam, qa nemo pt adoptari in fratrem vel parentem juxta legem nec apud codice de heredum institutione

Porro adoptatio triplex e. Perfecta e qm transit adoptatg auctoritate supremi principis tm in potestatem adoptantis ejg succedit tamqm haeres necarig ex testamento in certa parte et vr haec adoptio arrogatio ab intestato autem succedit in totu sicut filig natalis ita Phyl: cc. n. 395. imperfecta adoptio e p qm adoptatg n transit in potestatem adoptantis nec q. ipsi ig haeres necarig haec adoptio n fit necario auctoritate principis sed pt fieri p magistratg inferiores de imperfecta ista adoptione hic n agimg qa ex probabiliore sentia matrium n dirimit uti videre e apud Sanchez L. 7. D. 63. n. 9. Conine D. 32. n. 42. agimg q hic de adoptione perfecta deqa sit ita

**Conclusio.** Cognatio Legalis contrahitur primo inter adoptantem ex una parte et adoptatum ejg descendentes ad 4tum gradum ex altera parte. 2do contrahitur inter adoptantem et uxorem adoptati et vicissim inter adoptatum et uxorem adoptantis. 3tio inter filios vel filias natales adoptantis et inter adoptatum vel adopt. L. 3. capitulo tatam Codice unico de cognatione legali.